

LA VETUS LATINA DI TOBIA NELLA BIBBIA DI RODA

per Francesco VATTIONI

Nella storia del testo biblico la Catalogna si è inserita con autorità durante il Medioevo e continua ad apportare il suo contributo anche oggi. Difatti l'edizione della Neo Volgata per i libri di Tobia e Giuditta¹ ha fatto ricorso a molti codici spagnoli. Tra questi (prima Bibbia di Alcalà, codex Gothicus Legionensis, Bibbia di Huesca, Bibbia di san Pietro di Roda)², quest'ultima, scritta a Ripoll³ nel sec. X/XI⁴ e affine alla celebre Bibbia di Ripoll⁵, occupa il posto più prestigioso per il fatto che costituisce una delle tante recensioni della vetus latina dei libri di Tobia e di Giuditta⁶.

Della prima Bibbia di Alcalà sono stati pubblicati ormai i libri di Tobia⁷ e di Giuditta⁸, del codex Legionensis Gothicus e della

1. Pontificia Commissio pro Nova Vulgata Bibliorum Editione, Libri Historici, Vaticano 1977, 446-497.

2. Sulla localizzazione, si veda A. MUNDÓ, *El Colofó a Ester de la «Pandectes minuitore manu» de Cassiodor, Miscellanea biblica B. Ubach*, Scripta et documenta 1, Monserrato 1953, 161-176, specialmente p. 166-7, nota 15.

3. P.K. KLEIN, *Date et scriptorium de la Bible de Roda. État des recherches. Cahiers de Saint-Michel de Cuxà* 3 (1972) 91-101.

4. B. FISCHER, *Vetus Latina. I. Verzeichnis der Sigel*, Friburgo 1949, 15, nr. 62: sec. X; T. AYUSO MARAZUELA, *La Vetus latina hispana. I. Prolegómenos*, Madrid 1955, 210 (La descrizione della Bibbia e la bibliografia a p. 366, nr. 74): sec. X/XI; P.M. BOGAERT, *Révue Bénédictine* 86 (1976) 182: sec. XI.

5. Vaticano latino 5729.

6. La Bibbia di san Pietro di Roda, in quattro grossi volumi, è finita a Parigi, Bibliothèque Nationale, fond latin 6, ed è chiamata anche Bibbia del maresciallo Noailles.

7. F. VATTIONI, *Tobia nello Speculum e nella prima Bibbia di Alcalà, Augustinianum* 15 (1975) 169-200.

8. P.M. BOGAERT, *La version latine du livre de Judith dans la première Bible d'Alcalá, RBén* 78 (1968) 7-32. 181-212.

Bibbia di Huesca non si è fatta nemmeno alcuna collazione probabilmente perchè i due codici non hanno molta originalità e si aggan- ganciano ad altri più autorevoli di una stessa recensione. Della Bib- bia di san Pietro di Roda è già stato pubblicato il libro di Giuditta⁹. La celebrazione del quinto centenario della prima edizione della Bib- bia in catalano offre l'occasione per l'edizione del libro di Tobia.

Il libro deutero-canónico di Tobia¹⁰ è giunto nel canone dei libri sacri attraverso il testo greco come altri sei libri della Sacra Scrit- tura, a differenza di tutti gli altri che sono stati inseriti nel canone con un testo in ebraico o aramaico. Del testo greco di Tobia si conservano vari manoscritti raggruppati in quattro recensioni, di cui le due principali sono rappresentate da una parte dal codice Sina- itico, recensione lunga, e dall'altra dai codici Vaticano e Alessan- drino, recensione corta. E' un luogo comune che la vetus latina di Tobia è maggiormente ancorata alla recensione lunga, quella cioè rappresentata dal codice Sinaitico (= S). Se però si esaminano i vari codici e frammenti, che tramandano la vetus latina di Tobia, si consta- tata immediatamente che anche nell'area della vetus latina le recen- sioni non sono poche. Per esempio il Tobia espresso dalla prima Bibbia di Alcalà è molto più lungo della recensione lunga greca e sembra una parafrasi. Inoltre, non raramente, la vetus latina di Tobia si stacca da S per accostarsi alla recensione corta espressa dai codici Vaticano (= B) e Alessandrino (= A) o a qualche altro documento che non appartiene a una delle due recensioni principali del testo greco.

Così il Tobia della Bibbia di Roda ha una sua posizione partico- lare e unica non solo di fronte alla prima Bibbia di Alcalà, che può essere considerata una parafrasi, di fronte al Codex Legionensis Go- thicus e alla Bibbia di Huesca che riproducono una recensione attes- tata da migliore manoscritti, ma anche di fronte ad altri documenti quasi il Sangermanensis (g), il Bobbiensis (b), il Corbeiensis (p) e il Monacensis (m)¹¹.

Se si eccettuano alcune lezioni che si possono spiegare in senso

9. P.M. BOGAERT, *Recensions de la vieille version latine*, *RBén* 86 (1976) 181-217.

10. Per i problemi generali rimando a F. VATTIONI, *Studi e note sul libro di Tobia*, *Augustinianum* 10 (1970) 241-284.

11. Si aggiungano Codex Gothicus legionensis (l), Oscensis (h), Vercellen- sis (v), Reginensis (c), Divodurensis (d), Trecensis (t), Parisinus (f) e i fram- menti di Leida e della Biblioteca Mazarine e i cantici del Sinai slavonico 5 (Sin) e si avranno tutte le testimonianze principali della Vetus latina di Tobia.

locale ricorrendo ai glossari di Ripoll, per esempio *pignora* al posto di *fili*, molto spesso l'aderenza da parte del Tobia della Bibbia di Roda al testo greco non è molto stretta e talvolta problematica e non raramente diventa difficile la numerazione, almeno quella in base ai manoscritti delle due recensioni principali.

Per queste cause resta impossibile una collazione di tutti i manoscritti della Vetus latina di Tobia, perchè si esigerebbe un volume. Nè per la stessa ragione dello spazio si può segnalare sempre se il manoscritto di Roda segue il greco di S e quando si stacca per accostarsi ad altri manoscritti, come B per gli onciali o d p (Biblioteca di Ferrara) per i minuscoli¹².

/f. 130^{vb}/ INCIPIT LIBER TOBI
IUXTA AEDICIONEM
SEPTUAGINTA INTERPRE-
TUM

^{1,2}LIBER SER-

MONUM

TOBI

fili ana-

nie . filii gabel . ex tribu nep-

talim . ²qui captius ductus est

in diebus salmanassar regis as-

siriorum ex abiel ciuitate quae

est in dextera partes cades .

ciuitatis neptalim in superio-

ri galileae super ramessom post

uiam quae ducit in occidentem

ad sinistram partem niphsa-

im. ³Ego tobi in uia ueritatis

ambulauit et iusticiam feci

omnibus diebus uitae meae et ele-

mosinas multas feci in fratribus

et in natione mea et in omnibus

qui fuerunt in captiuitate in re-

gione assiriorum. ⁴Et eram in

12. Publiquem el text tal com ens ha estat lliurat per l'autor, i, per raons d'ordre tipogràfic, només ens hem permès de substituir la *e* caudada per *ae* o *oe* segons la grafia normal dels mots llatins. — Nota de la direcció de la Revista.

1,2. *cades*: è l'unico codice della Vetus latina con tale forma che si riscontra solo nei manoscritti greci NV//*ramesson*: è difficile spiegare come si sia giunti a tale deformazione (forse è entrata attraverso il libro di Giuditta?)/*niphsaim* (?): deformazione di raphaim?

1,4. *in totum*: non risulta dal greco.

terra israel iunior inter omnes in tribu neptalim patris mei et non recessi de domo dauid ab hierusalem in totum in quadam partem ex omnibus israel ubi aram constituerant omnibus nacionibus quae sancta sunt in seculis. ⁵Et omnes fratres mei et domus patris mei incedebant in dan uitulo aureo quem fecit hieroboam rex israel in superioribus partibus galilaeae ⁶ego autem solus ibam frequenter in hierusalem diebus festis . sicut scriptum est in precepto sempiterno. Primitiua et decimas armenti et peccorum et inicia tonsure ouium mearum abens mecum ⁷dabam sacerdotibus filiis aaron et quod moris erat de tritico et uino et oleo et ficu et malorum graneorum . cetera diuidebam leuitis . et quotquot presto erant in hierusalem et secundum decimacionem computabam pecuniam sex annorum . et ibam . /f. 130^{vc}/ et consumabam in loco sancto. Unoquoque anno ⁸et tercii anni decimacionem . dabam uiduis et orphanis et proselitibus omnia quae precepta sunt in hierusalem. ⁹Et postea quam iuuenis factus sum accepi uxorem ex nacione mea nomine anna . et generaui ex ea filium . et uocaui eum nomine tobiam. ¹⁰At ubi in captiuitate deueni in ninniue . omnes autem fratres mei . et qui de genere meo erant manducabant de panibus ethnicorum . ¹¹ego uero custodiui animam meam ne manduicarem de aescis

-
- 1.5. *incdebant* per incendebant nel senso di sacrificare secondo il greco// *aureo* manca nei mss. greci; si trova però in altri codici della *Vetus latina*.
 1.6. *primitiua*: per primitias. Non è l'unico codice che preveda tale confusione.
 1.7. *quod moris erat*: manca nel greco; cf. ×(*secundum morem legis*)// *graneorum*: per granatorum//*computabam* = Pseudo-speculum.
 1.9. *anna*: manca in S.

illorum . ¹²Et quoniam memor eram in toto corde meo . ¹³dedit mihi summus deus gratiam penes salmanassar regem . et comparabam ei omnia ¹⁴hiemps in regionem mediam donec mortuus est. Commendaui autem filio gabel in rages ciuitate regionis medorum decem . talenta argenti. ¹⁵Mortuo autem salmanassar rege . filius eius senacherib . regnauit in loco ipsius. Ego que postea ire in regionem mediam non potui . ¹⁶feci autem helemosinas multas in diebus salmanassar regis omni nationi mae. ¹⁷Panem meum diuidebam esurientibus . et nudos uestiebam . et eos qui proiecti erant de natione mea . mortuos sepelliebam. ¹⁸Set ut venit senacherib de iudea fugiens propter defensionem quam fecit ex illis dominus pro blasphemia illorum . et occidit in ira sua multos filiorum . ego corpora inuolabam et sepelliebam eos. ¹⁹Et renunciatum est regi . quod sepellirem mortuos . et quaerebat me interficere . ego autem fugi . ²⁰et direpta est omnis substancia mea . et nihil mihi remansit . nisi uxor mea anna . et tobias filius meus. ²¹Et contigit ut post quadraginta et quinque dies occiderent regem illum filii eius. ²¹Et cum sub archedonasa rege peruenissem in domum meam et reddita mihi esset uxor mea anna /f. 131^{ra}/ et thobi filius meus . in pentecostem die festo nostro qui sanctus est a septimanis. Et factum est mihi prandium optimum ut pranderem ²et vidi dispositam mihi mensam . et pulmentaria multa . et dixi tobi filio meo . Uade fili et quem-

- 1,14. *hiemps*: per *iens*//*filio Gabel*: il greco (sia B che S) esige «fratello»; cf. X × (*filio gabieti*).
 2,1. *thobi*: per *thobias*//*pentecostem*: il greco ha il dativo; cf. × (*pentecosten*).
 2,2. *tobi*: per *thobiae*//*Dominum* = B.

cumque pauperem inueneris
 in ninniue ex fratribus nostris qui
 sunt captiui . quisquis in toto
 corde dominum in mente abent .
 adduc eum ut hoc prandium mecum
 manducent. Ecce sustineo te
 fili donec uenias. ³Et exiit to-
 bias . ut inquireret aliquem cap-
 tium pauperem ex fratribus nostris .
 et reuersus ait mihi . Pater unus de
 cognacione nostra occisus circum-
 datus laqueo . iacet proiectus in foro.
⁴Et statim relicto prandio . prius
 quam aliquid gustarem ex illo .
 prosilii et sustuli illum de platea et po-
 sui in loco apud me . quoadusque sol
 subiret . ut eum possem sepellire.
⁵Et habii et locutus sum . et manducaui
 prandium meum cum luctu ⁶et reme-
 moratus sum de sermones amos
 prophete quos locutus est in bethel
 dicens. Convertentur dies festi uestri
 in luctu . et gaudium uestrum in planc-
 tum. ⁷Et lacrimatus habii post-
 quam sol subiit . et sepelivi eum.
⁸Omnes itaque proximi mei irridebant
 me dicentes. Ecce hic quomodo
 non timet iste. Omnino etiam
 inquisitus est ut occideretur huius
 rei causa et fugiit. Et nunc iterum
 coepi sepelire mortuos. ⁹Ego autem
 post quam sepeliui eum . iterum locutus
 sum . et iterum introiui in domum
 meam . et obdormiui iuxta parietem
 nuda facie propter aestum. ¹⁰Et resi-
 debant super (1 m. supra?) me passerres . quorum
 stercora decidencia concalida
 insederunt in oculis meis . et indu-
 xerunt maculas. Et ibam ad me-
 dicos et quanto mihi medicamen-
 ta inponebantur tanto magis ex-
 cebantur oculi mei . donec exce-
 catus sum et fui inpossibilis annis

2,6. *Bethel* = S c × .

2,9. *locutus: per lotus.*

2,10. *excebanur: per excaecabantur.*

/f. 131^{rb}/ quattuor. Et omnes fratres mei
et amici mei contris-
tabantur pro me.

¹¹Eo autem tempore anna uxor
mea . mercedibus serui-
bat . operi muliebri . accessie-
bant ¹²et enim eam ad texendum . et ac-
cipiebat mercedem suam. Septi-
mo itaque die mensis . consumauit
texturam . et reddidit dominis suis .
et dederunt ei omnem mercedem .
et insuper pro textu . haedum donauerunt
ei. ¹³Qui cum introisset ad me hae-
dus . coepit balare. Et uocauit
uxorem meam ad me . et dixi ei .
Unde est iste haedus qui clamat .
uide ne furtiuus sit . redde illum
dominis suis. Nobis enim non licet man-
ducare quicquam furtiuum.

¹⁴Qui respondens dixit mihi . Super
mercedem datus est mihi. Cui ego
non credens dicebam . Tanto magis
redde illum dominis suis et confunde-
bar huius rei causa. At illa res-
pondens ait mihi . Ubi nunc sunt
iusticiae tuae. Ecce quae pateris
omnibus nota sunt. ^{3,1}Et contristatus
animo ingemui lacrimans . et
introiui in atrium meum . et coepi
plorare cum gemitu animae meae .
et dixi . ²Iustus es domine . et omnia opera
tua iusta sunt . et omnes uiae tuae misericordia
et ueritas . et iudicium uerum iudicas
in seculis. ³Et nunc domine memor esto
mei . ne uindictam sumas de pecca-
tis meis . et de neglegencia mea . et
parentum meorum . si quid peccauerunt
quorum te. ⁴Et ideo tradidisti nos
in exemplum et in fabulas . et in im-
properium omnibus nacionibus in quibus
nos dispersisti. ⁶Et nunc domine fac me-
cum secundum quod tibi placet . et precipe
recipi spiritum meum . ut dimittas me

2,14. *Qui*: per quae.

3,2. *iusta* = S g Sin//*ueritas* = B S b Sin.

3,4. *exemplum...improperium*: il greco è più lungo.

desuper terram . quoniam expedit mihi mori . magis quam uiuere. Audio enim impropria falsa . et in magno sum tedio. Precipe ergo domine . ut dimittar ab hac necessitate . et da mihi requiem in loco aeterno . et noli auertere a me faciem tuam . quoniam expecta /f. 131^{re}/ dit mihi mori quam paciar tantas necessitates in uita meam . aut aliqua impropria audiam.

⁷Eadem die contigit ut sara filia raguelis quae erat ethbathanis in ciuitate medorum audire improprium ab una ex ancillis patris sui . ⁸quia tradita erat uiris septem . et asmodeus daemon nequissimus occidebat eos . ea ora qua introibant ad eam in concubitum. Dixerat ei ancilla haec . Tu es qui suffacas (sic) uiros tuos. Ecce enim iam uiris septem tradita es et neminem illorum frui es . ⁹Quid nos flagellas quod mortui sint uiri tui . habi cum illis . et numquam videant ex te filium neque filiam parentes tui in perpetuum. ¹⁰In illa ora contristata est anima puellae et lacrimans ascendit in locum superiorem domus patris sui . et uoluit laqueo uitam finire. Quae cum haec cogitaret . ait . Ne forte impropriet et dicant patri meo . unicam abuisti filiam . et haec sibi collum ligauit. Non est enim utile laqueo uitam finire . ne incipiam animam patris mei cum tristitia ad inferos deducere set potius deprecabo dominum . ut nullum iam improprium audiam . neque ego . neque pater meus. ¹¹Eo tempore . porrectis manibus ad fenestram . deprecans dixit . Benedictum est nomen tuum sanctum . et honorabile . in omnia secula. Benedicant te omnia opera tua . in aeternum. ¹²Et nunc domine ad te faciem uerto . et oculos meos dirigo . ut me

3,7. *audire*: per audiret.

3,11. *honorabile* = B m b g r c.

dimittii (1 m. dimitti) ¹³iubeas de terra . ne audiam
improperia. ¹⁴Tu scis domine quia munda
sum ab omni inmundicia uirili . ¹⁵neque
quoinquinaui nomen patris mei . in
terra captiuitatis mae. Unica sum
patri meo . nec abet alium filium qui
possideat hereditatem eius . neque
frater est illi aut proximus . ut custo-
diat me illi uxorem . iam perierunt
mihi septem uiri septem . quo mihi uiuere .
Set et si non tibi uidetur perdere me domine .
respice in me domine et miserere mei .
ut nullum improprium audiam. ¹⁶Eo tempore
/f. 131^{va}/ exaudite sunt preces amborum ab ip-
sa claritate domini . ¹⁷et missus est
raphael angelus reme-
diare duobus . Tobi
curare maculas oculorum
et reddere aspectum luminis
et sarram filiam raguelis da-
re tobiae filio tobi uxorem . et
conligere asmodeum daemonium
nequissimum . quoniam tobiae data
erat hereditas illius . super omnes qui
eam concupierant. Uno igitur
tempore . reuersus est tobi de atrio .
domum suam . et filia raguelis
descendit de loco superiori.
^{4,1}Eadem die rememoratus est tobi
commendasse peccuniam gabelo
in rages cuiutate medorum .
²et dixit cogitans in corde suo .
Ecce ego postulauit mortem . cur
igitur non arcessio filium meum
prius . quam moriar . et indicabo
illi de peccunia. ³Et arcessiuit
illum et ait illi . Fili. Et ille ait .
Quid est pater. Cui tobi dixit .
Sepeli me diligenter fili . et abe
honorem matri tuae . et noli eam
derelinquere omnibus diebus ui-
tae tuae . neque in aliqua re con-
tristare spiritum eius. ⁴Memor esto

3,15. *septem*: è ripetuto.

4,4. *uiderit* = X × = B S//*et sustinuerit*: la lezione appare in due minuscu-
li greci (dp).

fili quanta pericula uiderit
 pro te et sustinuerit . in utero suo.
 Quum ergo defuncta fuerit . sepe-
 li eam circa me uno sepulcro.
⁵Omnibus autem diebus uitae tuae fili deum
 in mente abe . et noli errare . nec
 preterire uelle precepta illius.
 Iusticiam facito (2 m. facito) omnibus diebus
 uitae tuae neque ambulaueris
 in uia iniquitatis . ⁶quoniam agente
 te ueritatem erit respectus ope-
 rum tuorum et omni facienti ius-
 ticiam. ⁷Ex substantia tua fili
 fac elemosinam . et noli auer-
 tere faciem tuam ab ullo paupere .
 et ita fac . ut nec a te auertatur
 facies domini. ⁸Quomodo abueris
 fili sic facito . et si tibi abundaue-
 rit substantia . plus fac hele-
 mosinam. Si autem exiguum abueris
 /f. 131^{vb}/ ex ipso exiguo communica.
 Nec dubitaueris fi-
 li cum facis elemosi-
 nam . ¹⁰quia elemosine
 a morte liberant . et
 non paciuntur hominem ire in te-
 nebris. ¹¹Munus bonum est omnibus
 qui faciunt elemosinam quo-
 ram summo deo. ¹²Attende tibi
 fili ab omni fornicatione. Uxo-
 rem primum accipe ex semine
 parentum tuorum . et ne acce-
 peris extraneo semineo . quoniam
 filii prophetarum sumus. Noe propheta-
 uit prior . et abraam et ysa-
 ac . et iacob parentes nostri a prin-
 cipio seculi. Memor esto filli quia
 isti omnes ex genere fratrum suorum
 duxerunt uxores . et benedicti sunt
 in filiis suis . et semen illorum pos-
 sidebit hereditatem. ¹³Et tu
 fili . dilige fratres tuos . et noli su-

4,5. *in uia*: il greco di B ha il dativo plurale, cf. Lucifero di Cagliari (per uiam).

4,6. *ueritatem* = B; Lucifero ha *ex ueritate*.

4,12. *extraneo semine*: traduce il greco che significa «donna straniera»?//a *principio saeculi*: il greco di B legge «dall'eternità».

perbo corde ambulare cum filiabus fratrum tuorum . quia in superbia perdiccio . et inconstancia magna est . et in indignatione deminoracio et exiguitas maxima . et inicum angustiae. ¹⁴Facies mercedem omni homini . quicumque operatus penes te fuerit . redde eadem die neque maneat penes te cuiusquam merces . et merces tua non morabitur . si serueris ei in ueritate. Attende tibi fili . et in omnibus operibus tuis esto sapiens . et in omni sermone tuo. ¹⁵Quod autem tu oderis . altero ne facias . neque inmittas in corde tuo omnibus diebus uitae tuae. ¹⁶De pane tuo comunica esurientibus . et de uestimentis tuis nudos tege . et ex omni quod cumque tibi abundauerit fac elemosinam. ¹⁷Fili panem tuum et uinum tuum super sepulcra iustorum effunde . et noli dare peccatoribus. ¹⁸Consilium ab homine sapiente inquire . et nol/f. 131^{vc}/ li contempnere omne consilium quia utile est. ¹⁹Omni temporae benedic deum . et postula ab eo . ut dirigantur uiae tuae . et cogitationes tuae bene disponantur . quoniam ceterae nationes non abent bonam cogitationem. Memor esto fili preceptorum meorum . et non deleantur de corde tuo. ²⁰Nunc ergo fili indico tibi commendasse me gabelo . gabeli filio in rages ciuitate medorum decem talenta argenti. ²¹Noui ergo uereri fili quoniam pauperem uitam gerimus - abebis multa bona . si timueris dominum . et recesseris ab omni peccato . et bene egeris. ^{5,1}Tunc tobias . respondit patri suo dicens . Omnia quae cumque

4,21. *Noui*: per noli//*gerimus*: il greco ha l'aoristo.

precepisti mihi faciam pater. ²Uerum quomodo hanc pecuniam recipere possum . neque enim ille me nouit . neque ego illum . uel quod signum dabo ei . quo cognito det mihi pecuniam . set neque uiam noui regionis illius. ³Et respondens thobi filio suo dixit . Cirographum suum dedit mihi . et meum similiter accepit. Et sunt uiginti et sex annis . ex quo penes illum pecuniam deposui. Nunc itaque filii (2 m. fili) inquire aliquem hominem fidelem qui tecum eat accepta mercede . et dum uiuo . adhuc recipere ab eo pecuniam. ⁴Et exiit tobias querere hominem qui eum deduceret in regionem mediam . et inuenit stantem raphaelem . et cum ignoraret eum angelum esse . dixit ad illum . Unde es iuuenis. ⁵Cui ille dixit . Ex filiis sum israel fratribus tuis . ueni huc ad operandum. ⁶Et dixit illi tobias . Nosti uiam quae ducit in regionem medorum. At ille dixit . Noui . et teneo omnes uias . aliquociens enim . fui in regionem illam . et mansi penes gabelum fratrem nostrum . qui moratur in rages ciuitate medorum. Est autem bidui iter de echbathanis ciuitate usque rages . quae posita est sub monte echbathanis in medio campo. ⁷Et dixit ad /f 132^{ra}/ ad (sic) eum tobias . Sustine hic iuuenis . donec hoc ipsut patri meo reinnunciem (?). Necessarium est enim ut (?) eas mecum data tibi mercede tua. ⁸Et dixit raphael angelus . Ecce sustineo te . tantum noli tardare. ⁹Et introiuit tobias . et rennunciauit patri suo . et dixit tibi . Interroga mihi hominem (sic) . ut sciam de quo genere

5,3. *uiginti et sex*: S ha «venti», ma vedi g.

5,8. *tantum* = S c m × g.

sit . et an sit fidelis cui tu comi-
 taris. ¹⁰Et exiens tobias . ait ad
 angelum . Intra . pater te rogat.
 Qui cum intrasset . prior tobias
 salutauit eum. At ille dixit .
 Gaudium sit tibi semper. Cui
 respondens tobi dixit . Aut quod
 mihi gaudium. Homo enim
 sum inualidus . neque uideo lumen
 caelorum . set in tenebris positus
 sum mortuus inter uiuos . et uo-
 cem solummodo hominum au-
 dio . et ipsum non uideo. Qui dixit
 raphael angelus . Forti animo
 esto pater . in proximo est ut a deo
 cureris. Tunc respondit tobi .
 et dixit ad eum . Tobias filius
 meus uult ire in regionem me-
 dia . si poteris ire cum eo . et re-
 ducere illum frater dabit tibi
 mercedem tuam. Et dixit rapha-
 hel angelus . Potero cum illo ire .
 quoniam noui omnes uias . et aliquo-
 ciens fui in illa regione . et
 omnes campos eius perambu-
 laui . et montes et comitatus
 omnes optime teneo. ¹¹Cui dixit
 tobi . Frater ex quo genere uel
 ex qua tribu es enarra mihi.
¹²At ille ait . Quid necesse est genus
 meum uel tribum meam . ¹³set
 hoc ualde exigis . ego sum aza-
 rias ananiae magni filius ex fratribus
 tuis. ¹⁴Cui tobi dixit . Saluus et
 sanus sis frater . et peto . ne irasca-
 ris . quod uolerim scire de ge-
 nere tuo. Et tu ergo de fratribus
 meis es . de bono et optimo gene-
 re es. Nosti ergo ananiam . et
 /f. 132^{rb}/ et (sic) nathanian filios seleniae
 magni(?) qui mecum ibant in
 hierusalem ad adorandum . in
 nullo exerrauerunt isti homi-

5,10. *Qui*: per cui//*pater*: per frater?//*comitatus*: per comiteatus.

5,12. *tribum meam*: si sottintende scire?

5,14. *nostis*: il greco ha la prima persona dell'imperfetto, cf. noberis di X.

nes . et adiciit dicens . ¹⁵Ego tobi (?)
dabo mercedes (sic) nomine didrag-
ma una diurna . et quae cumque
necessaria erunt tibi et filio
meo . et uade cum illo . ¹⁶et adiciet
tibi ad mercedem. ¹⁷Et dixit ra-
phael angelus . Ibo cum illo . sal-
ui ibimus . et sani reuertemur ad te .
quoniam uia tuta est. Et tobi dixit .
Bene iter agite fratres . contingat
uobis salus . Et conuocauit ad se
tobiam filium suum . et ait illi .
Properare et exi cum fratrae tuo . et
deus qui est in caelis perducatur uos
illuc et reducat sanos . et nunc
angelus eius committetur uobiscum.
et cum iret . osculatus est patrem
suum et matrem. Cui tobi pa-
ter eius dixit . Saluus et sanus
sis fili. ¹⁸Lacrimata est autem mater
eius . et dixit ad uirum suum tobi .
Quid dimittis filium nostrum . nonne
ipse intrat et exit solus quoram
nobis. ¹⁹Numquam esset illa pec-
cunia quam purgamento essem (?)
sine filio meo . ²⁰quomodo datum
est a domino uiuere . sic sufficit
nobis. ²¹Et dixit ad allam (2 m. illum) tobi . Noli
uereri mulier . saluus ibit filius
noster . et saluus reuertetur ad nos
et oculi tui uidebunt illum.
^{6,2}Atque ita profectus est tobias . et nuncius
cum illo . et canis secutus est illos.
Et dum iter agerent pares . appre-
hendit eos prima nox et man-
serunt super flumen tigris. ³Et descen-
dit tobi in flumine lauare
pedes . et exiuit piscis de aqua
magnus . ut paene puerum deuor-
aret et exclamauit puer .
⁴et dixit illi angelus . Adprehende
et exsupera illum. Et eduxit

-
- 5,15. *tobi*: manca nel greco//*mercedes*: per *mercedis*//*didragma una diurna*:
il greco ha l'accusativo di *dracma*.
5,18. *tobi* = S B, cf. m(2 m.)//*quid* = B S.
6,2. *prima* = g; il greco ha $\mu\alpha$ //*flumen tigris*: il greco ha due genitivi.
6,3. *flumine*: il greco ha l'accusativo.

illum in terram. ⁵Cui angelus ait . Extentera hunc piscem . et tolle fel illius . et cor et iecur . et abeto tecum. Sunt et enim haec necessaria . et medicamentis utilia. Caetera uero interanea proice.
⁶Et extenterauit puer piscem . et abstulit secum fel illius . cor et iecur . partem uero ex eodem pisce assatam sustulerunt . et cetera salierunt. Et coeperunt iter agere . atque peruenerunt in regionem medorum. ⁷Et interrogauit puer angelum dicens . Azaria frater . quod remedium est in corde isto et in fel . et in iecore. ⁸Cui angelus ait . Cor et iecur . fumigantur quoram uiro uel muliere . qui incursu daemone uel nequissimi spiritus abent . et confestim fugiet omnis ille incursus . et non apparebit usque in sempiternum. ⁹Fel autem facit ad unguendos oculos hominum . qui albuginem abent . et aflatur in illis ut ad salutem ueniant. ¹⁰Postquam autem introierunt in regionem mediam . et proximauerunt ciuitati hecbathani . ¹¹dixit raphahel angelus . Tobia frater penes quae nos oportet manere ac nocte propinquus (2 m. propinquus) est tuus. Hic abet filiam speciosa sarram nomine . ¹²et neque masculum . neque alia (sic) feminam habet preter

-
- 6,5. *extentera*: per exintera, cf. il v. 6//*medicamentis*: il greco ha l'accusativo con preposizione.
 6,6. *extenterauit*: cf. il v. 5//*secum* manca nel greco, vedi però il v. 5 (μετα σαρτον).
 6,7. *fel*: per felle? Il greco ha il dativo.
 6,8. *fumigantur*: S ha un imperativo attivo, B un imperativo medio; X fumigatur come d'altronde altri codici della Vetus latina. Si tratta di una forma particolare di rendere l'imperativo oppure si presuppone una lezione diversa//*incursu*: si veda più oltre la forma *incursus*// *nequissimi* = b m.
 6,9. *facit ad unguendos*: cf. X (facit ad unguendos) e gli altri manoscritti. L'espressione latina, a mio parere, trova un fondamento solo se il verbo è considerato ottativo aoristo: «il fiele potrebbe ungere...»// *aflatur*: cf. m. Il presente indicativo passivo si trova anche in X (insufflatur).
 6,10. *hecbatani*: per hecbatanis?
 6,11. *quae*: per quem.
 6,12. *quem cumque*: per quaecumque.

illum (sic) . Tu autem illi proximus eis (2. m. es) preter omnes . ut possideat hereditatem illius. Accipe illam uxorem . est haec puella sapiens et fortis . bona ualde . et constabilita . et pater illius diligit illam . et illi tradet quem cumque possidet. ¹³Tibi ergo destinata est hereditas patris eius . et te oportet accipere illam. Et nunc audi me frater et loquere de illam (sic) hac nocte . et accipiamus illam uxorem tibi . et cum reuersi fuerimus de rages . faciemus illi nuptias. Scito enim quoniam raguel . non negabit illam tibi. Scit enim quia si dederit illam uiro altero . morte periet . secundum iudicium libri moisi . et quia scit maxime tibi aptam aesse hereditatem . accepta filia illius . magis quam alicui homini. Nunc ergo frater audi me . et loquamur . illam tibi et disponsemus illam tibi. Et reuersi ex rages ducemus nobiscum in domum tuam. ¹⁴Tunc respondens tobias dixit /f. 132^{va}/ raphael angelo . Azaria frater audiui tamen quoniam tradita est uiris septem . et mortui sunt in cubiculo ea ora qua cum illa fuerunt. Set audiui quosdam dicentes quoniam daemonium est qui illos occidit . ¹⁵et timeo hunc demonium quia diligit illam . ipsam quidem non uexat . sed qui illi aplicatus fuerit . illum occidit. Unicus sum patri meo ne forte moriar . et deducam uitam patris mei et matris mae cum dolore in sepulcra eorum. Set neque abent alium filium qui illos sepeliat. ¹⁶Et dixit raphael angelus . Non es memor mandatorum patris tui . et nunc audi frater et noli computare daemonium illum . set postula illam . et scio quia dabitur tibi hac nocte in uxorem. ¹⁷Et cum intraueris in cubiculo . tolle de iecore et corde piscis illius . et inpones super carbones . et hodor manabit . et hodorabit illum daemonium .

6,16. *non es memor* = S B d p b m g.

et fugiet . et non apparebit circa illam omnino in perpetuum. ¹⁸Et cum coeperis uelle esse cum illa . surgite primum ambo. et precamini dominum deum caeli . ut detur uobis misericordia et sanitas. Noli timere tibi enim destinata est et tu illam sanabis . et ibit tecum . et crede . quoniam abebis ex illa filios. et erunt tibi sicut fratres. Noli uereri. Et quum audisset tobias sermonem raphaeli angeli . quoniam est soror illius et de domo seminis patris illius . adaesit cordi eius. ^{7.1}Et quum uenissent hecbathanis. dixit tobias angelo . Azaria frater duc me recte ad raguelem. Et uenerunt . et inuenerunt eum in atrio circa hostium. et salutauerunt eum priores. Et ille dixit . Bene ualeatis fratres . intrate salui et sani. Et duxit illos in domum suam . ²et dixit annae uxori suae . Quam similis est hic iuuenis . tibi consubрино meo. ³Et interrogauit eos anna dicens . Unde estis uos fratres. Et illi dixerunt . Ex filiis neptalim sumus . ex captiuis in ninniue. ⁴Tunc illa dixit . Nostis tibi fratrem nostrum. ⁵Et dixerunt . Nouimus. Et illa dixit . Fortis est et uiuit. Tunc ait tobias . /f. 132^{vb}/ Pater meus est de quo queris. ⁶Et exiliuit raguel . et osculatus est eum . ⁷et lacrimans dixit . Benedicchio sit tibi fili . quoniam boni et optimi uiri filius es. Infelicissimis malis . quoniam excecatus est uir iustus et faciens elemosinas. ⁸Et incubuit lacrimans super collum tobiae filii fratris sui . et anna uxor eius . et sarra filia illorum . lacrimatae sunt.

6,18. *deum*: manca in S, cf. B//*raphaeli*: cf. 7,9.

7,1. *recte* = X ×; traduce l'accusativo greco femminile che, probabilmente, è considerato un accusativo di relazione.

7,2. *annae*: non è l'unico codice che deforma il nome di Edna (si veda il libro de Enoch: radice *dn*, delizia, onde il senso di paradiso); tuttavia × (ethne, etna), d (enna), b (ednae), m (haedna) portano la forma aderente al greco: attraverso la lettura di d si può capire come i copisti siano giunti alla forma anna; cf. il v. 3.

7,3. *anna*: cf. il v. 2.

7,8. *anna*: cf. il v. 2.

⁹Et occiderunt arietem . et receperunt illos libenter . et post quam locuti sunt accubuerunt ad caenandum. Et dixit tobias ad raphaelem angelum . Azaria frater . dic raguelo ut det mihi sarram sororem meam. ¹⁰Et audiuit raguel hunc sermonem . et ait illi . Manduca et bibe . et suauiter sit tibi nocte hac. Non est enim homo ad quem pertineat sarra filia meam (sic) quam ad te . tantundem mihi non licet eam dare uiro alio quam tibi. Tu proximus (?) mihi dare tibi saram. Uerumptamen dicam tibi fili . ¹¹tradidi illam uiris septem fratribus nostris et omnes mortui sunt . dum cum illa secedunt. Nunc ergo fili manduca et bibe. Et dixit tobias . Hic ego neque manducem neque bibam . donec rem mecum confirmes. Et raguel dixit . Facies sarra tibi destinata est . secundum iudicium libri moysi . et de caelo iudicatum est . illam tibi dari uxorem. Accipe sororem tuam . ammodo tu illi frater es . et haec soror tua est . datur tibi ex hodierno . et dominus caeli bene disponat uobis hac nocte . et faciat uobiscum misericordiam et pacem. ¹²Et accessiuit raguel . sarram filiam suam . et tradidit illam . et dixit. Accipe secundum legem et iudicium quod scriptum est in libro moysi . dare tibi hanc uxorem. Abe et duc illam ad patrem tuum fili . saluus et sanus . deus de caelo det uobis iter bonum et pacem. ¹³Et uocauit matrem puelle . et precepit affer-

7,9. *raphaelem*: cf. 6,18//*raguelo*: cf. il v. 10. Questi teofori sono trattati ora secondo una declinazione, ora secondo un'altra.

7,10. *raguel*: cf. il v. 9//*homo* = S//*libri* = S m × g r p.

7,11. *facies*: il greco ha l'indicativo presente 1 persona singolare attiva.

7,12. *libro* = S b m g ×.

7,13. *coniungii* per coniugii: il greco di S premette «libello»//*et attulit...* *signauit*: manca in S, si veda però B//*tradidi* per tradidit? S ha il presente indicativo terza singolare.

ri kartam . ut facerent cons-
 /f. 132^{ve}/ scripcionem coniungii quem admo-
 dum tradidi illam uxorem secundum iudi-
 cium libri moysi. Et attulit
 mater illius kartam scriptam et sig-
 nauit ¹⁴ex illa ora . et coeperunt
 manducare et bibere. ¹⁵Et arces-
 siuit ragucl annam uxorem suam . et
 dixit illi . Prepara secessum aliud .
 et introduc illuc puellam . et ha-
 biit in secessum . ¹⁶et strauit sicut illi
 dictum est . et introduxit filiam suam
 et lacrimata est quoram illis . et
 abstersit . lacrimas . et dixit illi .
¹⁷Forti animo esto filia . dominus caeli
 det tibi gaudium pro tedio tuo. Et
 exiit inde. ^{8,1}Postquam consumaue-
 runt cenam . uoluerunt dormire . et
 duxerunt iuuenem . et introduxerunt
 in cubiculum. ²Et rememoratus
 tobi sermonem raphahelis angeli .
 et sustulit de saccello quod abe-
 bat cor et iecur piscis . et inposuit
 super carbones uiuos . ³et hodor pis-
 cis proibuit daemonium . et refugit
 in superiores partes aegypti.
 Et habiit raphael angelus . et conliga-
 uit illum . et reuersus est continuo .
⁴et clauserunt hostia cubiculi et sur-
 rexerunt tobi de lecto . et dixit sarre .
 Surge soror oremus et deprecemur
 dominum . ut faciat nobis cum misericordiam.
⁵Et surrexerunt et coeperunt orare . et depreca-
 re . ut daretur illis sanitas et dixerunt .
 Benedictus deus patrum nostrorum et bene-
 dictum nomen tuum in secula seculorum.
 Benedicant te caeli . et omnis crea-
 tura tua. ⁶Tu fecisti adam . et de-
 disti ei adiutorium aeuua. ⁷Et

7,15. *annam*: cf. 7,2//*secessum*: gli altri manoscritti usano *cubiculum*; cf. però 8,1.

7,16. *quoram illis*: il greco di S ha *περὶ αὐτῆς*.

8,1. *uoluerunt dormire* = S b g r p//*iuuenem* = S r p//*cubiculum*: cf. 7,15.

8,2. *raphaelis*: cf. 6,18//*saccello* = S b ×//*carbones uiuos* (× *uibentes*): una versione più precisa di S si trova in b (cinerem incensi).

8,3. *et reuersus est continuo*: manca in S ma si trova in altri documenti della Vetus latina.

nunc domine tu scis . quoniam non luxurie
 causa accipio sororem meam . set ip-
 sa ueritate . ut miserearis nostri
 domine . ut consenescamus pariter sani.
⁸Et dixerunt amen. ⁹Et receperunt se. Et sur-
 rexit raguel . et arcessiuit seruos
 suos . et habiit cum illis . et foderunt
 fossam. ¹⁰Uerebatur enim . et dicebat .
 Ne forte moriatur tobias . et omnibus
 derisui simus. ¹¹Et consumata fos-
 sura . reuersus est raguel in do-
 mum suam . et arcessiuit uxorem suam
 /f. 133^{ra}/ ¹² et ait illi . Mittam unam ex an-
 cillis . ut sciamus uirum an uiuat .
 an mortuus sit. Et debeam sepeliri
 nemine sciente. ¹³Et habiit una
 ex ancillis . et accensa lucerna
 aperuit hostium . et introiuit
 in cubiculum. Quos cum inuenisset
 pariter dormientes . ¹⁴reuersa nun-
 ciauit illum uiuere . et nihil mali
 passum. ¹⁵Et benedixit domino raguel di-
 cens . Benedictus deus . omni benedic-
 tione sanctae et munde. Benedi-
 cant te omnes helecti tui in omnibus
 seculis seculorum. ¹⁶Benedictus es quoniam laetas-
 ti me . et contingit mihi sicut speraueram
 set secundum misericordiam tuam aegisti nobiscum.
¹⁷Benedictus es quoniam misertus es duobus
 unicis . fac cum illis domine misericordiam et sa-
 nitatem . et consuma uitam illorum cum lae-
 ticia. ¹⁸Tunc his dictis . precepit seruis
 suis . ut priusquam lucesceret replerent
 fossam quam foderant . et uxori suae ut
 faceret panes multos. Ipse uero ha-
 biit ad greges . et adduxit duas uacas .
 et arietes quattuor . ¹⁹et iussit prepa-
 rari prandium . ²⁰et uocauit ad se to-
 biam . et iurauit illi dicens. His qua-

8,9. *fossam*: cf. il v. 11.

8,11. *fossura*: cf. il v. 9.

8,12. *mittam*: il greco ha l'imperativo aoristo seconda singolare attiva (× mitte).

8,16. *contingit*: il greco di S, oltre l'indicativo aoristo mediopassivo (× non... contigit), premette la particella negativa.

8,18. *tunc* = S b m g.

8,20. *et tui* = S.

tuordecim diebus hinc non recedes . set
eris nobiscum manducans et bibens . et
laetabis animam filiae meae . ²et ex eo
quod possideo accipe partem dimidiam .
et ibis fili sanus et saluus ad patrem
tuum. Set et alia pars dimidia
cum mortui fuerimus ego et uxor
mea . uestra erit. Forti animo esto
fili . ego pater tuus sum . et anna ma-
ter tua est . et tui sumus . et sororis
tue ammodo et in perpetuum.

^{9.1}Tuc arcessit tobias raphaellem
angelum . et ait illi . ²Azaria frater .
assume hinc tecum quattuor ser-
uos . et camelos duos . et perueni ad
gabellum in ciuitate rages . et red-
de illi cyrographum suum . et re-
cipe peccuniam suam et ad nup-
cias eum uoca. ³Sciens enim frater . quoniam
numerat nobis dies pater meus et si
tardauerimus una plus die . con-
tristabitur anima illius. ⁴Set uides
quem ad modum iurauerit raguel (2 m.; 1 m. guel)
/f. 133^{rb}/ quod iuramentum spernere non pos-
sumus. ⁵Et habiit raphael an-
gelus . cum quatuor seruis et ca-
melis duobus in rages . et reddi-
dit gabello cirographum eius .
et indicauit illi de tobiam (sic) filio
tobi . quod accepit uxorem . filiam
raguelis. Et rogauit eum ad
nupcias . et ad signauit ei et
folles . cum sigillis suis. ⁶At illi in-
positis omnibus per noctem ierunt
cum eo . et uenerunt ad nupcias. Et
uidit gabel tobiam recumbentem .
exiliuit . et osculatus est eum la-
crimans . et benedixit eum di-
cens . Boni et optimi uiri et ele-
mosinas facienti (sic) filius est. Bene-
dicionem dominus caeli det tibi . et uxo-
ri tuae . et patri et matri et uxo-

9.2. *gabellum*: cf. 1,1.12.

9.4. *Sciens*: × scis = S.

9.5. *eius* = S b//folles = b, cf. v e J.P. CALLU, *Mél. d'archéol. et d'hist.* 71 (1959) 321-337.

9.6. *gabel*: manca in S, ma è presente in altri manoscritti (× gabielus).

ris tue . et benedictus tibi con-
 subrinus meus. ^{10,1}Tobi autem computabat
 dies profectionis filii sui . quibus
 diebus consumatis . cum non uenisset ad
 illum filius eius ait . ²Numquid forte
 detinetur tibi (sic) . aut numquid ga-
 bel mortuus est . et nemo illi red-
 dit pecuniam. ³et coepit contristari.
⁴Tunc anna uxor illius ait . Perit filius
 meus nec est iam inter uiuos. Et auxit
 lugens cum fletu dicere . ⁵Uae mihi
 filii ut quid te dimittebam lumen
 occulorum meorum. ⁶Cui tobi ait .
 Tace iam et (2 m.) desine flere . quia saluus est . ali-
 qua enim ora (sic) detinet illum. Nam
 et homo qui habiit cum illo fidelis
 est ex fratribus nostris. Noli plorari
 soror pro illo . iam ueniet. ⁷At illa aetiam
 iterum dicebat . Tace iam molestus
 mihi esse noli . quid me seducis pe-
 riiit filius meus. Et suspensa . circumspi-
 ciebat uiam . qua filius eius fuerat profec-
 tus . et nihil gustabat . lacrimans
 nocte et diae. Consumati sunt autem
 dies quattuordecim nupciarum
 de quibus iurauerat raguel et
 exiit ad illum tobias . et dixit illi . Di-
 mitte me pater. Scio enim quoniam paren-
 tes mei non credunt se uisuros fa-
 ciem meam. Nunc itaque peto ut
 dimittas me ad patrem meum.
 /f. 133^{ro}/ Nam indicaui tibi qualiter illum relinque-
 rem (2 m. relinquerim). ⁸Et raguel ait tobit (2 m. tobiae). Remane
 hic penes me fili . et ego mittam de te
 nuncium patri tuo. ⁹Cui tobias ait . In
 totum peto pater ut me dimittas ad pa-
 trem meum. ¹⁰Tunc raguel tradidit tobiae
 sarram filiam suam . et dimidiam partem
 substantiae suae . pueros . puellas . boves
 et oues . et asinos . et camelos . uestes . et uasa .

10,2. *tibi per ibi.*

10,5. *dimittebam:* × dimisi = S.

10,6. *ora per mora* (× retardandi causa).

10,7. *faciem meam:* gli altri codici seguono il greco che ha «me».

10,9. *in totum:* Σ μηδαμως.

10,10. *et uasa = S × m* (2 m.).

et peccuniam . ¹¹et dimisit illum dicens .
 Ibis fili sanus et saluus . et dominus caeli bene dispo-
 net tibi . et sarrae uxori tuae . ite et uideam ex
 uobis pignora ante quam moriar et senesca-
 tis pariter. ¹²Et osculatus est eum . et sarrae filiae
 sue dixit . Filia honorem defer socero tuo .
 et socrui tuae . ipsi iam non sunt parentes tui tamquam
 ego . et mater tua quae te genuit . Ibis salua
 filia audiam de te in uita mea omnia bona .
 ut gaudeam. Et osculatus dimisit eam. Et
 anna dixit ad tobiam . Fili et frater dilecte mi .
 perducatur te dominus caeli . et det mihi ut uideam fi-
 lios tuos de sarra filia meam (sic) . ut delecter
 quorum domino caeli priusquam moriar. Et ecce
 ego tradam tibi sarram filiam meam . tamquam
 depositum . ne uexes eam omnibus diebus uite
 tuae. Ibis fili sanus . ego modo mater tua et
 sarra soror tua . dirigat te dominus et illam .
 ut sitis ante illum cum sanctitate omnibus diebus
 uite uestrae. Et osculata filiam uirosque (sic) dimi-
 sit sanos . ¹³et discessit ad (sic) raguel tobias.
 Et gaudens et benedicens dominum caeli et terrae . re-
 gem omnium . qui direxerat uiam eius. Itemque
 raphael . benedixit raguelem . et annam uxo-
 rem eius . et dixit eis . Iniunctum est mihi a domino
 honorare uos omnibus diebus uite uestrae. ^{11,1}Et pro-
 ficiscentes (?) . ibant donec uenirent in car-
 ram ciuitatem . que est contra ninnie.
²Tunc ait raphael angelus ad tobiam . Tobia frater .
 nescis quomodo dimiseris patrem tuum.
³Precedamus itaque uxorem tuam . et eamus do-
 mum et illa (2 m.; 1 m. uilla) prosequatur nos. ⁴Atque ita proces-
 serunt . et habuit cum illis et canis. Et ait ra-
 phael angelus tobiae . Tolle tecum de felle pis-
 cis illius. ⁵Anna autem dum sederet ad uiam cir-
 cumspiciens et expectans aduentum filii
 sui . ⁶uidit illum currentem . et ait patri
 illius . Ecce uenit filius tuus . et homo qui cum
 illum (sic) habierat. ⁷Tunc raphael ait tobiae .
 Priusquam propinquemus patri tuo scio quia

10,11. *pignora* per filios, cf. J. LLauró, *Los glosarios de Ripoll, Analecta sacra tarraconensia* 4 (1928) 271-341, specialmente 337, 1103.

10,12. *tamquam depositum* = X; S ha εν παραθηκη//uirosque per utrosque.

10,13. *ad* per ab//raphael per tobias//annam: cf. 7,2.

11,1. *carram*; cf. Aug 15 (1975) 197: la lezione della Vetus latina è preferibile a quella di S.

apperientur oculi eius. ⁸Asperge igitur .
 /f. 133^{va}/ de felle piscis in oculis illius et insidens me-
 dicamentum decoriauit albedines eius . et res-
 piciet pater tuus et uidebit lumen. ⁹Anna autem
 occurrit . et inruens collo filii sui . cum lacri-
 mis ait . Uideo te fili ammodo libenter mo-
 riar. ¹⁰Tobi exsurrexit pedibus suis . offendes (sic) .
 et egressus est hostium atrii . cui tobias occur-
 rit ¹¹gestans fel manibus suis . et aspersit illud (interlineare) in oc-
 culis tobi patris sui . et apprehendit illum et dixit .
 Forti animo esto pater . et eiecto medicamento
 morsum illi prestabat. ¹²Atque ita tobias filius eius
 manibus decoriauit albedines ab oculis eius.
¹³Qui ut uidit filium suum . ¹⁴flens . et irruit super collum eius
 et dixit . Uideo te fili. Benedictus deus et benedic-
 tum nomen illius magnum . et benedicti omnes sancti
 angeli eius . sitque nomen eius benedictum in secula
 seculorum . ¹⁵quoniam ipse flagellauit me et ipse
 misertus est mei . et ecce uideo tobiam filium meum.
 Tunc introiuit tobias gaudens et benedicens
 dominum . et retulit patri suo quod perfecta esset uia
 illius ante dominum . et quod attulisset peccuniam et
 quem admodum accepisset sarram filiam ragu-
 elis uxorem . et quod ipsa uenisset . actiam in proxi-
 mo ad portam ninniue aasset. ¹⁶Uidentes autem qui
 in porta ninniue erant tobi sine nullo de-
 ductore cum omni uirtute sua ambulantem mi-
 rabantur. ¹⁷Tobi vero confitebatur quorum omnibus quod
 misertus aasset illi deus . et apperuisset oculos eius.
 Et ut appropinquauit tobi ad sarram nurum suam . bene-
 dixit illam dicens . Intra sana filia benedictus pater
 tuus et bendicta tu filia . et tobias filius meus . intra
 in domum tuam . cum benediccione et gaudio. Illa
 igitur die fuit laetitia omnibus iudeis qui fuerunt in nin-
 niue. ¹⁸et uenerunt achiachar et nabal sorores illius
 gaudentes ad tobiam et ^{12,1}consumate sunt nuptiae cum
 ilaritate diebus septem . et data sunt illis munera
 multa . et consumatis nupciis . uocauit ad se tobiam
 filium suum . et ait illi . Fili homini illi qui tecum fuit ad-
 ponamus ad mercedem illius . et reddamus ei. ²At ille dixit .

11,8. *decoriauit* per decoriabit, almeno in base al futuro del greco.

11,10. *ostium atrii* = S b m g//*offendes* per offendens.

11,17. *uenerunt* = S B//*nabal* = f h. Solo m presenta la forma più vicina all'
 originale aramaico (*ndb*): *nadab//sorores*: S ha *εξαδελφοι*.

12,1. *cum ilaritate diebus septem*: manca in S, ma c'è in B.; cf. × un pò
 più lungo.

Pater quantum illi dabimus. ³Non est iniquum si ex his quae mecum attuli. ⁴Dixit illi tobi . Iustum est illum fili . dimidium horum quae tecum attuli accipiat. ⁵Et uocauit tobias raphael angelum et dixit illi . Azaria frater accipe dimidium horum . que mecum attulisti . haec erit merces tua. ⁶Tunc raphael angelus uocauit absconse utrosque et ait illis . Dominum benedicite . et illi confitemini . et illum glorificate quoram omnibus uiuentibus quia fecit uobiscum bona. Benedicite eum et decantate . nomini illius . et sermones eius de operibus honorifice hostendite . et confitemini illi. ⁷Quoniam sacramentum regis bonum est abscondere opera . autem dei denudare . et confiteri honorificum est. ⁸Bona est oratio cum ieiunio et elemosina cum iusticia . quam plurimum iniquitatem. Bonu (sic) est facere elemosinam quam thesauros auri et argenti abscondere. ⁹Elemosina a morte liberat animam . et ipsa purgat peccata. Qui faciunt elemosinas saturabuntur uita . ¹⁰qui autem faciunt peccatum hostes sunt anime. ¹¹Omnem ueritatem uobis manifestabo . quem quam sermonem a uobis abscondam . set iam uobis demonstrabo. ¹²Nunc autem quando orabas tu et sarra nurus tua . ego /f. 133^{vb}/ optuli memoriam oracionis uestrae ante conspectu claritatis dei. Et qum sepelires mortuos simpliciter . ¹³et quia non es cunctatus . et habisti relicto prandio tuo . et condidisti mortuum. ¹⁴Et nunc missus sum temptare te et iterum me misit deus curare te et sarram nurum tuam. ¹⁵Ego sum raphael angelus unus ex septem angelis qui assistimus et conuersamur ante faciem claritatis dei. ¹⁶At illi turbati uterque ceciderunt in faciem. ¹⁷Quibus dixit raphael angelus . Surgite . nolite metuere . pax uobiscum . dominum benedicite in omni euo. ¹⁸Nam ut essem uobiscum . non mea gratia eram uobiscum . set de eius uoluptate eram uobiscum. Ipsum ergo benedicite . et omnibus diebus illi decantate. ¹⁹Quia qum uidebatis me manducare uisu uestro uidebatis. ²⁰Et nunc benedicite dominum

12,3. *attuli*: è stato o messo qualche cosa.

12,4. *attuli*: secondo il greco dovrebbe essere attulit. Non improbabile nemmeno attulisti.

12,8. *iniquitatem*: per cum iniquitate.

12,13. *mortuum* = S B m r p.

12,19. *uisu uestro*: S ha ορασις υμων; cf. ×(uisui uestro)//*uidebatis*: S = × (uidebatur).

12,20. *benedicite dominum* = S.

in terra et confitemini illi. Ego enim ascendo ad dominum qui me misit (?). Scribite itaque haec que uobis contigerunt. Ego enim ascendo ad eum qui me misit. ²¹At illi exsurgentes amplius eum uidere non potuerunt. ²²Et benedixerunt deum . decantantes illi . in omnibus magnis operibus eius . quod apparuisset illis angelus deum(?) (domini?). ^{13,1}Tunc tibi scripsit oracionem in laetitia et dixit . ²Benedictus es deus et magnus in secula . et regnum eius quia ipse flagellat et miseretur . deducis usque ad inferos et reducit. Nec est qui effugiat manus illius. ³Confitemini illi israel quorum nacionibus quia ipse disseminauit uos in illis ⁴et uobis hostendet misericordiam suam . et exaltate illum quorum omnibus uiuentibus . quoniam ipse est deus noster . et ipse est deus in omnia secula. ⁵Flagellauit uos ab (sic) iniquitates uestras et omnium miserebitur . et colliget uos de omnibus nacionibus . in quibus dispersi fueritis. ⁶Quum ex toto corde uestro ad illum conuersi fueritis ut faciatis quoram illo ueritatem . tunc et ipse reuertetur ad uos . nec abscondet a uobis faciem suam . et nunc intuentes quae fecit . benedicite illum . et exaltate regem seculorum . et illi laudem date. Ego in terra captiuitatis meae confiteor illi . et hostendo uirtutem magestatis eius in nacione peccatrice. Conuertimini peccatores . et facite quoram illo iusticiam. Quis scit si uelit uobiscum facere misericordiam. ⁷Ego autem et anima mea regi laudem dicam . et laetabor omnibus diebus uitae mae. ⁸Benedicite dominum omnes helecti . et laudate magestatem eius . agite diem laeticiae . et confitemini. ⁹Hierusalem ciuitas sancta . pro operibus manuum tuarum flagellauit te. ¹⁰Confitere ergo deo . et benedic dominum seculorum ut iterum haedificetur tabernaculum tuum cum gaudio . et laetos faciet in te omnes captiuos et dirigat miseros in te in omnibus seculis seculorum. ¹¹Luce splendida lucebis in omnibus finibus terrae. Multi ex longinquis partibus ad nomen domini dei uenient ad inhabitandum . et munera sua in manibus abentes regi caelorum in leticia offerent . et nomen sanctum eius in secula seculorum . amen. Maledicti omnes qui blasphemant te maledicti omnes qui odiunt te . ¹²et qui abuera ad te

13,2. *deducis* per *deducit*.

13,5. *ab* per *ob*.

13,6. *abscondet* = S B Sin//*intuentes*: S e B hanno l'imperativo aoristo medio-passivo = × (*aspicite*).

13,12. *et habitatores* = S Sin, ecc.//*incidunt* = m.

verbum durum. Maledicti omnes qui deponunt te .
 et dextruunt muros tuos et omnes qui subuertunt tur-
 res tuas . et qui incendunt habitaciones tuas . et be-
 nedicti erunt omnes qui aedificant te in euum. ¹³Tu autem gau-
 de et laetare in filiis iustorum quoniam omnes colligentur .
 et benedicent dominum in aeternum. ¹⁴Felices qui diligunt
 te . felices qui gaudent in pace tua . felices omnes qui
 contristabuntur in omnibus flagellis tuis . quoniam in te
 gaudent . et uidebunt omnem (sic) gaudium tuum .
 /f. 133^{vc}/ in aeternum. ¹⁵Anima mea benedic dominum regem magnum
¹⁶qui liberauit hierusalem et hedificabitur domus illius in omnia
 secula seculorum. Felix ero (interlineare) si erunt reliquie de semine meo
 dam caritatem tuam . et si confitebitur nomini regi seculorum. [ad uiden-
 Hostia hierusalem saphiro et zmaragdo et lapide precioso
 omnes muri tui haedificabuntur . et propugnacula tua auro
 mundo. ¹⁷⁻¹⁸Plateae tuae canticum laeticiae dicunt et omnes muros (?)
 tuos alleluia. Benedictus deus qui exaltat te . et benedictus est in omni-
 bus seculis quoniam in te benedicent nomen sanctum. ^{14.1}Et ut consummati
 sunt sermones tibi confessionis mortuus . est in pace . an-
 nos agens aetatis centum duodecim et sepultus est preclare in nin-
 niue. ²Quadraginta et quatuor (2 m. quattuor) annis uixit in bono .
 Post quam uisum luminis recepit. Quo tempore magis fecit helemo-
 sinas . et adiecit timorem ad colendum deum et ad confiten-
 dum mirabilia eius. ³Et cum moreretur accessit tobiam
 filium suum et septem filios eius et ait ad illum . Fili duc filios
 tuos . ⁴et recurre in regione medorum . credo enim uer-
 bo dei . quoniam omnia erunt . et uenient in achor . et ninniue quae
 dixerunt prophetae in israel . quos misit deus . et nihil minuetur
 ex omnibus uerbis et omnia temporibus suis contingent et
 in media magis erit salus quam apud assirios et babi-
 lones. Quoniam scio et credo perfici que dixit deus . nec excidet
 ullum uerbum eius. Set et fratres nostri qui habitant terram israel .
 omnes dispergentur . et captiui ex illis ducentur ad terram optiman
 et erit omnis terra israel derelicta . et domus domini quae in illis
 est conburetur . et erit usque ad tempus heremi. ⁵Et rursus
 miserebitur eorum deus . et haedificabitur iterum domus dei set
 non sicut iam pridem quoadusque impleatur tempus maledic-
 tionum et postea reuertetur a captiuitate sua . et aedi-
 ficabunt omnes hierusalem honorifice . et domus dei haedifica-
 bitur in omnibus seculis seculorum. Et aedificabitur sicut lo-
 cuti sunt de illa omnes prophetae in israel . ⁶et omnes naciones con-
 uertentur ad timendum dominum uere . et relinquent omnia
 hidola sua . quae seducunt illos falso errore. ⁷Et

14.4. *achor*: S Αθρη, altri mss. Assur//heremi: manca in S e in B, in X ×
 ecc./excidet = S m.

14.5. *malediccionum*: lezione comune alla vetus latina che presuppone un
 originale καταρων invece di καρων di S.

benedicent dominum in omni iusticia . et uniuersi filii
 israel qui liberabuntur in illis diebus memores dei colli-
 gentur in ueritate . et uenient in hierusalem et inha-
 bitabunt in ea cum tutela . in die illa et in aeternam
 et omnis iusticia illius erit . et gaudebunt qui diligunt deum
 uere . et qui faciunt ueritatem. Nam qui peccatum et iniquita-
 tem faciunt . deficiunt. ⁸Et nunc filii mando uobis serui-
 te deo in ueritate . et facite quorum illo que illi placet .
 Set et filiis uestris mandate ut faciant iusticiam et helomo-
 sinam . et ut sint memores dei . et benedicant nomen illius
 omni tempore in ueritate. ⁹Et nunc filii exi de ninniue
¹⁰⁻¹¹quacumque die sepelieris matrem tuam circa me . nec
 manseris eadem die in finibus eius. Uideo enim quia (?)
 multa iniquitas et finccio perficitur in illa . et non
 confunduntur. Ecce enim filia nabal que fecit achi (?)
 ce que nutriuit (2 m. enutrit) uiuum deposuit in terram deor-
 sum. Set deus reddidit maliciam illius ante faciem eius
 et achiacar exiit ad lucem et nabal introiuit
 in tenebris seculi, quia quesuiuit occidere achiachar.
¹²Tuit autem tobias cum uxore . et filiis suis in regione me-
 durum . et habitauit in ciuitatem echbathana . cum
 raguel socero suo . ¹³et curam abuit senectuti eius eius
 et socrui sue honorifice . et sepeliuit eos et perce-
 pit hereditatem raguelis et tobi patris sui . ¹⁴et
 mortuus est annorum centum decem septem cum claritate.
¹⁵Set priusquam moreretur . audiuit et uidit perdic-
 tionem ninniue . et captiuos illius ductos in regio-
 ne medorum , et benedixit deum in omnibus quae fecit
 illis ninniue . et iam nunc gauisus est priusquam
 moreretur in terra ninniue.
EXPLICIT LIBER TOBI

Franceso VATTIONI
 Via Corso, 437
 ROMA

14,7. *cum tutela* = S m ×.

14,8. *placet* per placent.

14,10-11. *filia* per filii?

14,14. *Deum* = S b m.